

MASS PROPER: VOTIVE MASS FOR THE REMISSION OF SINS

MASS *Miseréris ómnium* (violet)

INTROIT Sap. 11: 24, 25, et 27

Miseréris ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum, quæ fecísti: dissímulans peccáta hóminum propter pœniténtiam, et parcens illis: quia tu es Dóminus, Deus noster. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 56, 2) Miserére mei, Deus, miserére mei: quóniam in te confídit ánima mea. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Miseréris ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum, quæ fecísti: dissímulans peccáta hóminum propter pœniténtiam, et parcens illis: quia tu es Dóminus, Deus noster.

COLLECT

Exáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 7: 22-25

Fratres: Condeléctor legi Dei secúndum interiórem hóminem: video autem áliam legem in membris meis, repugnántem legi mentis meæ, et captivántem me in lege peccáti, quæ est in membris meis. Infélix ego homo, quis me liberábit de córpore mortis hujus? Grátia Dei per Jesum Christum, Dóminum nostrum.

GRADUAL Psalms 78: 9-10

Propítius esto, Dómine, peccátis nostris, ne quando dicant gentes: Ubi

Thou hast mercy upon all, O Lord, and hatest none of the things which Thou hast made; winking at the sins of men for the sake of repentance, and sparing them: for Thou art the Lord our God. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 56: 2) Have mercy on me, O God, have mercy on me; for my soul trusteth in Thee. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou hast mercy upon all, O Lord, and hatest none of the things which Thou hast made; winking at the sins of men for the sake of repentance, and sparing them: for Thou art the Lord our God.

Hear O Lord, we beseech Thee, the prayers of Thy suppliants and punish not the sins of those who confess unto Thee; but in Thy bounty grant us both forgiveness and peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: I am delighted with the law of God, according to the inward man: but I see another law in my members, fighting against the law of my mind, and captivating me in the law of sin, that is in my members. Unhappy man that I am; Who shall deliver me from the body of this death? The grace of God, by Jesus Christ our Lord.

Forgive us our sins, O Lord, lest they should say. among the gentiles,

est Deus eórum? Adjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

LESSER ALLELUIA Psalms 7: 12

Allelúja, allelúja. Deus iudex justus, fortis et pátiens: numquid irascátur per singulos dies? Allelúja.

(After Septuagesima, the Alleluia is omitted and the following verses are said:)

TRACT Psalms 129: 1-4

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendéntes in oratiónem servi tui. Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit? Quia apud te propitiátio est: et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

(In Paschal Time the Gradual is omitted and in its place this is said:)

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. (Ps. 7: 12) Deus iudex justus, fortis et pátiens: numquid irascétur per singulos dies? Allelúja. (Ps. 50: 10) Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: et exsultábunt ossa humiliáta. Allelúja.

GOSPEL Luke 11: 9-13

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Petite, et dabitur vobis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis. Omnis enim, qui pétii, accipit; et qui quærit, invénit; et pulsánti aperiétur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: numquid lápidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpéntem dabit illi? Aut si petierit ovum: numquid pórriget illi scorpíonem? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cœlo dabit spíritum bonum peténtibus se?

Where is their God? Help us, O God our Saviour; and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us.

Alleluia, alleluia. God is a just judge, strong and patient: is He angry every day? Alleluia.

Out of the depths I have cried to Thee, O Lord; Lord, hear my voice. Let Thine ears be attentive to the prayer of Thy servant. If Thou shalt observe iniquities, O Lord, Lord, who shall endure it? For with Thee is propitiation, and by reason of Thy law I have waited for Thee, O Lord.

Alleluia, alleluia. (Ps.7: 12) God is a just judge, strong and patient: is He angry every day? Alleluia (Ps. 50: 10) To my hearing Thou shalt give joy and gladness: and the bones that have been humbled shall rejoice. Alleluia.

At that time: Jesus said to His disciples: Ask and it shall be given to you; seek, and you shall find; knock, and it shall be opened to you. For every one that asketh receiveth; and he that seeketh findeth; and to him that knocketh it shall be opened. And which of you if he ask his father bread, will he give him a stone? or a fish, will he for a fish, give him a serpent? Or if he shall ask an egg, will he reach him a scorpion? If you then, being evil know how to give good gifts to your children, how much more will your Father from heaven give the good

OFFERTORY Psalms 101: 2

Dómine, exáudi oratiónem meam: et clamor meus ad te pervéniat. (T.P. Allelúja.)

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis et laudis offerimus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 11: 9-10

Petite, et accipiétis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis. Omnis enim, qui pétii, áccipit; et qui quærit, invénit; et pulsánti aperiétur. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Præsta nobis, ætérne Salvátor: ut, percipiéntes hoc múnere véniam peccatórum, deinceps peccáta vitémus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Spirit to them that ask Him?

O Lord, hear my prayer: and let my cry come unto Thee. (P.T. Alleluia.)

We offer up to Thee, O Lord, a sacrifice of atonement and praise; that Thou mayest both mercifully pardon our sins and guide our wavering hearts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Ask, and you shall receive; seek, and you shall find; knock, and it shall be opened to you. For every one that asketh receiveth; and he that seeketh findeth; and to him that knocketh it shall be opened. (P.T. Alleluia.)

Grant, eternal Saviour, that we who by means of this gift receive forgiveness of sins, may henceforth avoid sin. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.